



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Institutiones Canonicae Sive Ius Ecclesiasticum

Wiestner, Jacob

Monachii, 1705

V. De Electorum Vocatione ad Electionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62620](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62620)

ti, arg. à contrario ex c. Super eo cit. & arg. à pari ducto ex c. Post translationem 11. de Renuntiati. ex cuius dispositione, qui praelaturam renuntiavit, aut renuntiare coactus, vel ab ea depositus fuit propter conscientiam criminis, ad eam iterum eligi non potest. Ratio est; quia per repulsam electionis, renuntiationem, depositionemve propter personam crimen factam, graviter laesa est ipsius existimatio; quare eum eligi facile non permittit; quia semel malus semper praesumitur esse malus, Reg. 8. in 6. aut saltem in eodem mali sive delicti genere suspectus, l. Si cui 7. §. 2. ff. de Accusatis. Tholosan. de Elect. cap. 9. n. 22.

73. Duodecimò, eligi ad Abbatiam vel aliam praelaturam Regularem non potest, qui ejus Religionem non est professus, c. Cum in Magistrum 49. cuius pr. ratio redditur; quod in Magistrum assumi non debeat, qui formam discipuli non assumpsit: nec sit praeficiendus, qui subesse non novit: cui consonat c. Officii 38. v. Nos autem. Professus autem esse debet Regulam, non quamcunque, sed ejus Ordinis, in cuius praelatum est eligendus, Clement. 1. pr. ubi aliter facta electio dicitur irritatur, & redditur ratio; quod rationi non congruat, ut homines disparis professionis vel saltem habitus simul in iisdem monasteriis socientur, c. Miranda conclus. 4. Donatus tract. 5. q. 1. & Tamburinus Tom. 1. de Jure Abbat. disp. 5. q. 11. Etsi verò antiquò sufficeret tacita: modernò tamen Jure exigitur, ut in ejusmodi Ordine Religioso edita sit professio expressa, c. Nullus 28. in 6 & Trident. sess. 25. cap. 21. de Regular. & hujusmodi professioni praemittatur annus probationis expletus, sess. cit. cap. 15. quibus decretis via praclusa est ambitioni & obviatum abusu, Religionem ingredientium solo intuitu praelatura-

rum: ad quas, ut assumi possent, non raro post unum alterumve mensem, & aliquando hebdomadam, Religionem suam professi, teste Navarro Consl. 62. de Regular. & Laiman, in c. Cum in Magistrum cit. n. 1.

Post exactum tamen integrum probationis annum Religionem expressè professus, licet monasterii necessitate vel utilitate potente eligi statim valeat, Innocent. in c. Officii cit. & Passerius de Elect. cap. 25. n. 340. Ordinariè tamen id non expedit; cum, ut dictum, non deceat assumi in magistrum, qui discipulus vix esse cepit: & S. Hieronymi saluberrimum monitum sit: Multò tempore discipulus, quae postmodum doceas, can. sic vult & Ne miles antequam Tiro, ne prius magister quam discipulus, can. Si electus 16. q. 1.

Moniales, etsi antiquò, virorum instar, ipsae quoque statim: modernò tamen Jure in Abbatissas, Praepositas, Priorissas eligi nequeunt, nisi post editam professionem expressam octo vel saltem quinque annis in Religione laudabiliter vixerint, ex decreto S. Synodi Tridentinae sess. 25. cap. 7. de Regul. declaranda infra n. 232.

Quà aetate & aliis qualitatibus praeditum esse oporteat, qui per electionem ad praelaturam aliamve dignitatem Ecclesiasticam assumendus est, statuetur Tit. 14. quò totò de iis ex infra agendum erit.

ARTICULUS V.
De Electorum Vocatione ad Electionem.

SUMMARIUM.

76. Ad electionem, praefixò ei terminus vocandi omnes,

77. *Qui interesse debent,*
 78. *Et volunt,*
 79. *Et, boni viri iudicio, commodè pos-*
sunt.
 80. *Absentibus itineris sumptus prestat*
prælatura :
 81. *Nisi privati commodi causâ absint,*
 82. *Aut illius vacantis bona aliqua oc-*
cuparint.
 83. *Vocandi autem iuxta morem Ec-*
clesiæ,
 84. *Aut ex omni loco, ex quo vocari &*
adesse commodè possunt:
 85. *Et serè usque ad lapsum termini*
expeçtandi sunt.
 86. *Plùs quàm tertia parte non vocatâ,*
irrita :
 87. *Paucioribus non vocatis, valida e-*
lectio est :
 88. *Sed rescindi potest,*
 89. *Etiã ad successoris,*
 90. *Et aliquando ad capituli petiti-*
onem,
 91. *Et post electi confirmationem.*
 92. *Ex officio à superiore non rescindi-*
tur.
 93. *Ex contemptu agens non ipse cit-*
ationis negationem :
 94. *Sed illius insinuationem capitulum*
probat,
 95. *Nunciis, illam factam resisticantis,*
jurata asserione.
 96. *Aliquibus recedentibus eligunt re-*
manentes :
 97. *Nisi essent numerò pauciores :*
 98. *Tribus casibus exceptis.*
76. **P** rælaturâ, Seculari vel Regulari,
 per prælati obitum aut aliò mo-
 dô vacante (non antè, *c. Quia*
propter 42. ibi Ecclesiis viduatis)
 celebrandæ electionis diem, juxta Ecce-
 liarum consuetudinem, vel præfigit capi-
 tuli Decanus, Prior, aut his absentibus

Senior: vel, quòd magis conforme Juri,
c. Cùm inter 13. & ulu receptum passim
 est, ab illorum aliquo convocati canonici
 aut conventuales, qui in loco præsentis
 aut non procul absentes sunt, capitulari-
 ter decernunt: eumque electoribus ab-
 sentibus intimant per literas vel nuntium,
 ad hoc specialiter deputatum, Tholo-
 sanus de *Elect. cap. 14. num. 1.* monens,
 ejusmodi intimationis seu citationis lite-
 ris exprimendum diem, horam & locum,
 in quo de futuri prælati electione sunt
 tractaturi, & adjectâ clausulâ, singulos
 admonendos, electionis negotium con-
 stitutum aut, si id ex causâ aliqua differri
 contingat, proximò quò poterit die, ip-
 sis etiam absentibus & ampliùs non vo-
 candis, inchoandum ac perficiendum.

Vocandi autem ad electionem sunt
 Omnes, qui debent & volunt & commodè
 possunt interesse, textus est *c. Quia pro-*
pter 42. cit.

Dicitur autem *c. cit. imprimis, Qui*
interesse debent, hoc est, qui suffragii
 jus habent de Jure, sive communi sive
 speciali: vel saltem sunt in ejus pacifica
 quasi possessione, Glossa in *c. cit. V. Qui*
debent; ne usu sive exercitiò juris sui &
 quasi possessionis commodò sine causa
 quispiam privetur. Non tamen cano-
 nici aut alii ob ætatis vel sacri Ordinis de-
 fectum, vel ob censuram, vel aliam cau-
 sam à suffragio ferendo etiam pro ea tan-
 tum vice notoriè impediti; cùm tales
 frustra vocarentur, Panormitanus in *c.*
cit. n. 3.

Deinde, *Qui volunt*; qui enim ex
 electoribus legitimis electioni interesse
 nollent, ad comparandum in ea compelli
 non possent; cùm juri suo renunciare qui-
 vis possit, *c. Si de terra 6. de Privilegiis*;
 nisi fortè Ecclesiæ damnosa ejus absentia,
 vel præsentia valde utilis foret: vel ex
 consuetudine aut statuto speciali inter-
 esse le-

Kk 2

esse legitime non impediti omnes teneantur, Idem n. 4. & Sylvester V. *Electio* 1. 9. 5. num. 3. Extra hunc casum autem, quibusdam interesse nolentibus, itaque juri suffragii pro ea vice renuntiantibus, presentes quantumvis numero pauciores, si de absentium voluntate constet, & electionis terminus esset propinquus, ad electionem procedere possunt, ut ex c. *Cum nobis* 19. cum Glossa V. *Alienos* desumit Panormitan. num. 10. Ratio est; quod eligendi jure uti, cum possent, recusantes in numero electorum non censeantur, totaque potestas capitularis resideat penes presentes, c. *Quod sicut* 28. pr. V. *Si autem*, etiamsi unicus esset; quia tali casu totius collegii jus ad unum rediret, arg. l. *Sicut* 7. §. *fin.* ff. *Quod cuique Univers.* &c. Innocentius in c. *Nobis* cit. n. 6.

79. Demum, *Qui commode possunt*; quia, qui vocari aut comparere, vel absolute, vel sine ipsorum & praesertim Ecclesiae periculo, propter metum factionum, schismatis aut intrusionis laicae potestatis non possent, expectandi, imò vocandi non sunt, V. *Si autem* cit. ibi, *Si sine periculo potuerunt convocari*; quia tali casu publicum bonum Ecclesiae prevalere debet particulari privatorum, secundum *Novell.* 39. cap. 1. V. *Sancimus* Panormit. in c. *Coram* 35. Passerin. de *Elect.* cap. 11. n. 33. & Pirrhing ad hanc Rubr. a n. 127.

Quantumvis autem in dubio, an quis vocari & interesse commode & sine periculo vel damno Ecclesiae possit, vel non, boni viri sive Praesidis capituli, tanquam in ea re iudicis, locorum rerumque circumstantias considerantis, arbitrio determinari possit, Sylvester V. *Electio* 1. 9. 3. Barbosa *Jur. Eccles.* lib. 1. cap. 19. n. 89. & cit. Passerin. num. 34. peracta tamen electione, an qui vocatus non est,

vocari & interesse commode non poterit, pronuntiare pertinet ad eum, cuius est electionem, examinato ejus processu, confirmare; saltem, si de suo contemptu non vocatus agat & electionem rescindi petat, ut colligitur ex c. *fin.* in 6. Panorm. in cit. c. n. 3. & Laiman inc. *Coram* te cit. n. 2. Ex haecenus dictis

Dubium oritur primum, quis capitulari absentem ad electionem vocato praesentem re teneatur expensas suae professionis ad illius locum. Cui ansam praebet c. *Ut praeterita* 45. quod relata Honorii P. III. Constitutio est, *Ut expensa necessaria, quas capitulum Constantinopolitanum vel ejus nuncii sede vacante pro electionis negotio fecerint, ex bonis Patriarchatus, vel alterius Praelaturae, Glossa in c. cit. V. expensa, sicut totaliter vel reddantur.* Ratio est partim; quod regulariter expensarum onus subeat is, cuius negotium geritur, arg. l. *fin.* c. de *Status & imag.* partim vero; quod officium suum nominari debeat esse damnosum, c. *Cum non deceat* 30. pr. in 6. damnosum autem utique foret electoribus, si pro electionis negotio factae expensae de praelaturae redditibus ipsis non praestarentur aut restituerentur. Unde capitulari absentem, vocato ad electionem, professionis sumptus ex praelaturae bonis praestanda videntur. Sed hac in re cum Hostiens. in *Summa* n. 31. §. *Quid juris* discrimen statuendum est inter causas absentiae; quantumvis enim ejusmodi expensae praestanda non refundendae sint canonico capitulari, a loco Ecclesiae suae propter illius vel praelaturae utilitatem absentem, c. *cit.* ut & electionem jam factam prosequentibus & agentibus pro ejus confirmatione, c. *Copientes* 16. §. *Adhuc* in 6. quod ratio ducta omnino evincit: praestanda tamen aut refundendae non sunt ei, qui pro sua tantum voluntatis arbitrio & sui tantum

commodi causâ ab Ecclesiæ loco recessit ; quia vi c. *Ut praterita cit.* capitulo præstandæ sunt solæ expensæ *neccessariae*: quales Ecclesiæ tantum vel prælaturæ, non etiam privati commodi intuitu factæ sunt ; cum tali ipsius tantum gratiâ & favore concessum sit, ut ab Ecclesiæ suæ loco abesse ad tempus possit, Laiman in c. *cit. n. 2. & cit.* Pirrhing n. 154. Ut adeo canonico sui tantum commodi causa absenti satis esse debeat, quod de prælaturæ reductibus præstentur sumptus, qui sunt in nuncium, à Capitulo expeditum ad insinuandum sibi diem electionis.

82. Excipiuntur etiam c. *cit.* & de bonis prælaturæ in electionem factæ expensæ præstandæ non sunt canonicis, qui *bona* sive res mobiles prælati, qui *decessit, occupant vel usurpant*; cum enim tales ad huiusmodi bonorum restitutionem teneantur, c. *Quia sepe 40. in 6.* quod loco tales usque ad acceptorum plenam restitutionem ab officio & beneficio sunt suspensi, expensarum etiam necessariorum in electionem factarum præstationem aut resarcitionem petere nequeunt: nisi quatenus in eam factæ expensæ excedunt quantitatem bonorum acceptorum, Joan. Andr. in c. *Ut praterita cit. & ibi Laiman n. 10.*

Non damnanda tamen est, ubi viget, antiqua consuetudo, vi cuius electoribus indiscriminatum omnibus certa aliqua quantitas de vacantis prælaturæ reductibus exhibetur intuitu sumptuum, quomodocunque factorum in negotio electionis, arg. c. *fin. de Consuetud.* cum talis consuetudo ullo Jure non reprobetur: eique non officiat; quod ex officio & ratione canonicatus ac præbendæ suæ ipsis incumbat electio prælati; quia sæpe quid debetur ex officio, quod tamen non propriis sed alienis ejus, in cuius gratiam fit, sumptibus præstatur; sic enim, licet

propriæ diocesis Ecclesiarum consecratio & visitatio pertineat ad officium Episcopale, expensas tamen illarum occasione factas seu procuraciones Episcopus Jure percipit ab Ecclesiis consecratis & locis visitatis, c. *Cum sit Romana 10. de Simonia c. Cum olim. 19. c. Procuraciones 23. Ec. de Censib. Exalt. & Procurat.* ut in c. *Ut praterita cit.* notant Joan. Andr. in *fine*, Panormit. num. 4. & Laiman n. 2.

Dubium secundò est, quàm procul 83. distantes vocandi sint ad electionem: in quo admodum variant DD. quidam enim cum Innocentio in c. *Quia propter cit. n. 10.* omnes ubicunque, dummodo non in loco ultra duas dietas remoto, absint, arg. c. *Nonnulli 28. de Rescript.* Alii eos solum, qui in eadem provincia, hoc est, Archiepiscopatu sunt, vocandos censent, propter textum c. *Coram 35. ibi, Omnibus, qui fuerint in Provincia, convocatis*; quod tales quodammodo præsentibus sint: extra illam verò existentes pro absentibus habeantur, l. *fin. c. de Prescript. longi temp.*

Alii & meò judicio, melius cujusque Ecclesiæ consuetudinem servandam, asserunt cum Glossa in c. *Cum inter 8. V. Remoti & Panormit. ibi, n. 4.* sive deim consuetudo sit, ut à loco absentium nemo, sive ut ex locis etiam valde remotis, qui intra permillum à Jure tempus adesse possunt, omnes vocentur: sicut in Gallia omnes intra regni fines existentes vocari, c. *In gensi 55. habetur Laiman in c. Coram cit. n. 3.* Seclusa autem speciali 84. consuetudine & spectatò Jure communi, vocandos ad electionem censeo absentes omnes, sive ii intra sive extra provinciam existant, qui, considerata locorum distantia aliisque circumstantiis, vg. itinerum, periculorum, & præsertim necessitatis Ecclesiæ commodè vocari, & ad præ-

Kk 3 fixum

fixum atque à Jure permiffum terminum adesse poffe, arbitriò boni viri judicantur, ut colligitur ex *c. Cum inter 18. c. Quod ficut 28. § c. Bona 36.* ubi Canonicus, qui Rhegii degebat, ad electionem vocatus est Cremonam: quæ est civitas provinciæ diverfæ.

Neque in contrarium facit; quòd *c. Coram cit.* ad electionem procedendum afferatur, convocatis Canonicis, qui in provincia fuerint; quia textu illo hoc fpecialiter dicitur vel, quia id exigebat particularis Ecclefiæ confuetudo: vel; quia eò cafu omnes in provincia & non procul aberant: vel; quia ob particulares circumftantias videbantur omnes, qui in provincia erant, vocari commodè poffe. Unde eius difpofitio locum non habet, quando intra provinciam valde amplam exiftentes procul, aut extra illam abfentes non procul à loco electionis diftant, ut *ibi* cum Glosfa *V. In provincia* notat Barbofa *n. 2. Laiman l. cit. & Donatus Tom. 2. Prax. Regul. tract. 4. q. 15. n. 1.*

85. Dubium tertio est, an cafu, quò præfixò longiore terminò vocantur, qui propter diftantiam vocandi non effent, à præfentibus ad electionem procedi ante prædictum terminum poffit. Affirmat id Panormit. in *c. Cum inter 18. n. 11.* eà permotus ratione; quòd remotiores vocandi non fint favore Ecclefiæ: cujus proinde intuitu electionem maturare præfentes poterunt, etfi nequeant fuò. Sed, etfi hoc verum fit cafu, quò illam maturari exigit neceffitas Ecclefiæ: cafu tamen, quò præfixus terminus fine ullo iftius præjudicio expectari & electio intra præfcriptum à Jure tempus peragi poteft, probabiliùs ad electionem ante illius termini lapfum procedi non poffe, cum Glosfa in *c. cit. V. Affumentis* defendunt Laiman in *c. n. 3. & Firthing l.*

cit. n. 134 quòd tali cafu terminum longiorem pro fuo libitu assignare ipsis Jura permittant. Unde, cum breviorum potuiffent, longiorem ftatuendò, duo potiùs, quàm Ecclefiæ favori renuntiant, locùsque est *arg. c. Si de terra cit. & Regulæ, Quod femel placuit amplius displicere non poteft*, quæ est *21. in 6. ne remotiores juftè queri poffint, fe vocationis beneficiò deceptos, contra Reg. v. Unici de Commodato*: & si non tantum contempti ad electionis refcuffionem, faltem ad intereffe, hoc est, ad compensationem damni, li quod paffi funt, & refufionem expenfarum agant: quòd pofterius ipsis etiam Panormit. *l. cit.* non negat.

Neque obftat; quòd *c. Cum inter cit.* abfentibus, qui vocati erant, electio maturata fit à præfentibus; quia id factum est ab his mandato Papæ: & quia periculum ex mora timebatur, ut colligitur ex textu & notat Pirthing *l. cit.*

Dubium quartò est de valore electionis, ad quam electorum unus vel plures, qui ei intereffe debuiffent, voluiffent, & commodè potuiffent, non vocati, aut post vocationem non admiffi, Quæ in re diftinguendi funt duo cafus. Unus, quò contempta illorum plùs, quàm tertia pars; hoc enim cafu electio ipfò Jure irrita est; non quidem propter contemptum: fed ob defectum potestatis eligendi, refidentis in duabus partibus eorum, qui debent & volunt & commodè poffunt intereffe, Innocentius in *c. Cum nobis 19. n. 9. & Panormit. in c. Quia propter cit. n. 12.* Alter, quò pauciores vel unus tantum est contentus: quò cafu electionem eodem, quando duabus partibus præfentibus & majori numero (iftorum & ex contemptu abfentium fimul fumptorum) celebrata est,

ta est, ipsò jure validam esse, non obscure desumitur ex eo; quòd contemptus eam suo consensu valeat confirmare, *c. Quod sicut* 28. pr. V. *Quod si*, ibi, *Nisi propter bonũ Pacis curaverint consentire.* Ratio est; quia, quòd major pars capituli præsentis decrevit, pro eo habetur, ac si omnes egerint, ut *arg. l. Quod major* 19. ff. *ad Municipal.* cum Innocentio in *c. Cum nobis* 19. n. 6. docet Laiman, *de Elect.* q. 37. Neque ita celebrata electionis valori obest, si quòd extaret, Ecclesiæ statutum, aliquibus contemptis à capitulo gesta irritans; quia ipsum hujusmodi statutum, si communi Juri per interpretationem non conformetur, valore desitui, cum Panormit. in *c. Quia propter* cit. n. 12. V. *Nec valeret*, cit. *Tit. 11. n. 10.* ostendam.

88. Nihilominus contempti, sive unus sive plures sint, illatam sibi injuriam prosequi & petere à superiore possunt, ut electio facta rescindatur & ad novam procedatur, V. *Quod si* cit. junctâ Glosâ V. *Consentire.* Imò, si eligendi jus contempto competeret ratione Prælaturæ vel alterius dignitatis, ipsò mortuò, de contemptu ad electionis rescissionem agendi jus successori, cum Glosâ cit. adstruit Panormit. in *c. Quod sicut* cit. n. 10. & n. 11. quòd hujusmodi contemptu injuria illata sit non magis personæ, quàm prælaturæ, illius obitu non extinctæ, *c. Si gratiosè* 5. *de Rescript.* in 6. ac proinde cum prælatura, sicut cætera, sic etiam eligendi & de contemptu agendi jus transeat ad successorem. Aliud est, si jus illud mortuo competitivisset ratione canonicatus seu præbendæ capitularis; cum enim tali casu mortui jura non transeant ad successorem: sed ad capitulum *arg. c. Relatum* 12. *de Testamento.* ejus, ad electionem non vocati & contempti, injuriam prosequi possunt

reliqui Capitulares. Non quidem, si contemptus esset in electione prælati suæ Ecclesiæ, cui ipsi interfuisent; quia tali casu de contemptu & ad electionis rescissionem agendò proprium suum factum, tanquam iniquum, impugnant & condemnarent; quòd Jura non permittunt, *c. Cum super* 8. *de Concess. Præb. l. Post mortem* 25. ff. *de Adopt. Sc.* sed Ecclesiæ alterius, in qua suffragii jus habuisset ratione sui canonicatus, Panormit. cit. n. 11. & Laiman, in *c. Quod sicut* cit. n. 7.

Porro à contempto & aliis, qui illatam ipsi injuriam persequendi jus habent, de contemptu & ad electionis rescissionem agi etiam post electi Confirmationem potest, *c. Quod sicut* cit. ubi ab Innocentio III. propter aliquorum contemptu decreta est cassatio electionis Archiepiscopi, jam confirmati & consecrati, ut *ibi* cum Innocentio n. 4 & Joan. Andr. n. 17. notat Panormit. n. 3. Ratio est; quia confirmatio innititur electioni, tanquam canonicæ & legitime factæ, *arg. c. Qualiter* 17. *in fine.* Unde, hac ob contemptum vel alium defectum cassatâ, etiam illa cadit.

Excipiendus tamen est casus, quòd contempti ante confirmationem publicò edictò moniti, juxta *c. fin. in 6.* electionem, donec confirmata sit, impugnant distulerunt; ita enim Juri suo censerentur renuntiâsse, & postea agere volentes, meritò repellerentur, Panormit. *ibid.* n. 3. & Laiman. n. 9.

Dubium est quintò, an contemptò injuriam sibi factam, vel expressè vel tacitè, scilicet dissimulandò, remittente, electionem superior ex officio, vel petente electi adversario rescindere possit. Affirmat id quidem Glosa in *c. In genesi* 55. V. *Nec premissis.* Sed meliùs id ordinariè posse, negant *cit.* Panorm.

n. 10. & Laiman n. 8. quod Regula à DD. recepta sit, quando de privato solum favore agitur: & is, cujus interest, jus suum non prosequitur, iudicem officium suum non posse impertiri, prout desumitur, ex *l. Dies 4. §. 8. ff. de Damno infecto*. Cum ergo in proposito casu agatur de favore privato ipsius personæ contemptæ, hoc ipso; quod ista contemptum remittendò juri suo renuntiare & electionem ratificare possit, *V. Quod si cit. eò non agente*, electio propter ejus contemptum rescindi non poterit à superiore.

93. Dubium sextò est de contemptus probatione: quæ licet primo intuitu incumbere videatur ei, qui ex contemptu agit, & electionem petit rescindi; cum in illo se fundet: probare autem quilibet teneatur fundamentum suæ intentionis, *l. Ei incumbit 2. junctâ Gloisâ V. eòdem ff. de Probat.*

94. Re tamen accuratius ponderatâ, non se contemptum actori: sed, eum ad electionem in tempore legitime vocatum, probandi onus capitulo incumbit; cum quia ex contemptu agens intentionem suam fundat in negativa, se scilicet ad electionem non vocatum: factum autem, vocationis seu citationis, negantis per rerum naturam probatio nulla sit, *l. Actor 23. C. de Probat. & c. Bone 23. §. Contra ubi Gloisâ V. Per naturam & Panormit. à n. 13. tum verò; quia præsumptio militat pro eo, qui ut ad electionem vocetur, jus habuit, & illi non interfuit; ut non interfuisse præsumatur, quod non fuerit vocatus; cum vocationis seu citationis sit quid facti, quod non præsumitur, sed est probandum, *l. In bello 12. §. 2. ff. de Captivis & Spoil. Memoch. Lib. 2. presumpt. 22. n. 1. & Mascard. de Probat. concl. 240. n. 4. & contra, juris sui negligens, quis fuisse non præsumatur,**

arg. l. Cum de indebito 25. pr. ff. de Probat. Gloisâ in c. Quod sicut cit. V. Vocatos ubi Panormit. n. 8. & Barbosa n. 7.

Probari autem citatio à capitulo potest, si de ejus vel præsidis commissione constet, nuncii citationem electori absenti intimatam asserentis, testimonio jurato, *arg. l. Magis puto §. 13. ff. de Reb. eorum, qui sub cura. Gloisâ in c. Cum parati 19. V. Suis nuncios, de Appellat. Panormit. in c. cit. n. 4. Bailus de Elect. p. 3. cap. 11. n. 3. Si, inquam, de citationis commissione constet; quia hanc factam, nuncii solius testimonio plena fides non habetur; quod ei de facto tantum proprio, ad officium suum pertinente, non etiam de alieno testificanti, plena fides habeatur, ut cum Felicio *c. 1. de Judiciis n. 13. & aliis Lib. 2. tit. 2. n. 10. dicitur.**

Quodsi citatio, quam legitime commissam constat, ad absentem electorem non pervenerit, actioni de contemptu locus non est adversus capitulum; cum hoc sit extra omnem culpam. Agere tamen non citatus poterit adversus nuncium vel istius iniquum detentorem, cujus dolo vel culpa citatio omiſsa à nuncio, vel iste cum citationis literis est intercepſus, Passerin. *cit. cap. 11. n. 12.*

Dubium septimò est, an casu, qui ex vocatis aliqui in loco & die electionis non comparent, præſentes procedere possint. Hos, quantumvis numero pauciores sint, ad electionem procedere posse saltem, si absentes se interesse non expresse protestentur, clarè desumitur ex *c. Cum nobis 19. ubi, qui interesse noluerunt, alienos se fecisse, hoc est, extra electorum numerum se constituisse, dicuntur, Gloisâ in c. cit. V. Alienos & Laiman in c. cit. n. 3. Idem ipsis permissum, si electioni destinatum diem per legitimam citationem ipsis innovasse conſideret,*

constet, docet idem Laiman n. 4. Ratio est; quia tali casu comparere nolle, ac proinde juri suffragii pro ea vice renuntiare, & de numero electorum non esse censentur; ut adeo eos denuo vocare non sit necesse; quia eum, qui certus est, certiorari ulterius non oportet, Regula est 31. in 6.

97. Casu autem, quò capitularium legitime congregatorum aliqui à loco & tractatu electionis sponte & non redituri recedunt; opus est distinctione; vel enim duæ aut saltem major pars capitularium remanet, vel non? Si prius, remanentes electionem prosequi & perficere possunt absque iis, qui absque necessitate recesserunt; quia capitulò semel legitime congregatò standum est iudiciò partis majoris & sanioris, c. 1. De iis, quæ à majori &c. Panormit. in c. Cum nobis 19. n. 10. & ibi Laiman n. 4. Neque opus est revocatione recedentium sive iterata eorum citatione: quod factum est c. cit. quia hoc non necessitatis, sed majoris duntaxat certitudinis causà factum est; quia paris contumaciæ est post adventum discedere, sive non expectare finem, & legitime vocatum non venire, can. Certum 11. q. 3. & c. 1. de iudiciis. Si posterius, & capitularium pars major recedit, qui remanent electionem inchoare & captam prosequi non possunt; quia conventum capitularem dissolvere velle videntur recedentes: quibus, quia major pars sunt, pauciores remanentes nequeunt prevalere, Glossa passim recepta in c. Cum inter 21. V. Capituli, dissensione ortà inter Canonicos, ibi Capitulum esse, asserens, ubi est major pars legitime congregatorum, Panormit. l. cit. n. 10. & ibi Laiman. n. 5. Casu tamen, quò terminus electionis à Jure præfixus instaret, aut periculum esset in mora, vel statuto aut consuetudine diem præfixi

gendi & electores convocandi potestas Decano vel Seniori soli competeret, à presentibus & remanentibus cum tali paucioribus procedi, & perfici electio posset, cæteris absentibus, Innocentius in c. Cum nobis cit. n. 6.

ARTICULUS VI.

De Electorum absentium Procuratoribus.

SUMMARIUM.

99. In Electionis negotio admittitur Procurator;
100. Si elector absens illi interesse legitime impediatur,
101. Et impediti fides fiat per juramentum;
102. Quod tamen remitti à Capitulo potest;
103. Unanimi omnium, non majoris tantum partis, consensu.
104. Procurator constituendus est de Capitulo;
105. Cujus consensu extraneus admitti potest;
106. Neque unus tantum, sed etiam plures in solidum constitui.
107. Procurator suò & absentis nomine eligere nequit diversos;
108. Nisi certa persona electio ei sit mandata.
109. Quò etiam casu alium sibi substituere;
110. Non tamen compromittere potest;
111. Nisi ad personam digniorem eligendam generaliter sit constitutus;
112. Morte vel privatione electoris absentis mandatum procuratorium expirat;

L I

113. Ante